



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1442. usque ad annum 1460

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1768**

**VD18 90118324**

§. 7. Hunniadis Transylvaniæ Vaivodæ obitus

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66507](http://urn.nbn.de/hbz:466:1-66507)

retro annis memoria Domini nostri in ~~Sæcul.~~ XV.  
monte Thabor transfigurati in quibus- A.C. 1456.  
dam Ecclesiis celebrari consueverat, Cal-  
listus Papa eandem festivitatem confirma-  
vit, atque ad omnes Christiani Orbis  
Ecclesiias extendit, officiumque huic fe-  
sto proprium composuit, concessis pariter  
ad hanc quoque diem iisdem indulgen-  
tiis, quæ festo Corporis Christi alias an-  
nexæ erant.

### §. VII.

#### *Huniadis Transylvanicæ Vaivodæ obitus.*

Ceterum hi duo præcipui bellicæ hujus *Naucler.* ge-  
expeditionis Duces haud diu Turca- ner. 49. p. 480  
rum cladi superstites vixerunt. Hunia-  
des enim intolerabili hujus belli labore  
consumptus in febrim incidit, cujus affi-  
ditas, ac violentia illum die decima Se-  
ptembris in oppido Zemplen vivis eri-  
puit. Tanta erat Viri hujus Religio, ut  
sacram

---

tenemus, hanc victoriam jam die 22. Julii  
S. Mariæ Magdalenaæ sacra reportatam fuisse,  
cujus & ipsum Callisti diploma de celebratione  
festi transfigurationis testimonium reddit, in  
eo enim legitur: die memorabili S. Mariæ Mag-  
dalenaæ coelesti præfidio communitus populus  
Turcam in turpem fugam convertit &c.

G g 4

**Secul. XV.** sacram Synaxin ad cubile suum depor-  
**A.C. 1456.** tari nequaquam pateretur, sed ad sum-  
 mendum Christi Domini corpus in Eccle-  
 siam se deferri juberet, afferens: quod  
 Rex Regum tanto me honore afficiat,  
 haud sum promeritus, indignumque ju-  
 dico, quod Dominus ad servum suum  
 veniat. Inlyti Herois jacturam univer-  
 sa planxit Europa, & ipsemet Callistus  
 Papa accepto mortis nuntio lacrimis  
 largiter fusis solemnia justa in Basilica  
 sancti Petri fortissimo fidei Christianæ De-  
 fensori persolvit. Joannes Capistranus,  
 qui infirmum nunquam sua præsentia  
 destituit, defuncto quoque oratione fune-  
 bri parentavit, cum ejusdem exequiæ ce-  
 lebrarentur in Templo ab ipsomet Hu-  
 niade in Transylvania extracto, ad quod  
 corpus suum ante obitum suum transfer-  
 ri jussérat. Duos reliquit Filios, Ladis-  
 laum & Matthiam, quorum frequens ser-  
 mo in progressu Historiæ nostræ redibit.  
 Discimus quorumdam Historicorum fide,  
 quod Turcarum Imperator comperta Hu-  
 niadis morte exclamaverit: nulla mundi  
 ætas insigni huic Viro parem tulit, me-  
 ritoque doleo, quod mihi inustam Bel-  
 gradensi in clade ignominiam ulcisci ne-  
 queam, cum orbis universus non amplius  
 habeat ejusmodi Heroem, qui fortitudi-  
 ne Huniadem æquaret.

§. VIII.